

SCRIPTA

Numéro Scripta : 3926

Auteur(s) : Guillaume Harenc et Hugues Heudeer [particulier]

Bénéficiaire(s) : Philippe III le Hardi, France (roi)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1282, juillet

Action juridique : notification

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume Harenc et Hugues Heudeer reçoivent à ferme par le roi Philippe [III] pour une rente annuelle de 70 livres tournois la terre, les revenus et les redevances des fermes de Guillaume et Jean Espec et de Guillaume de Bouttemont.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 998, p. 257-258.

Texte établi d'après a

Universis presentes litteras inspecturis et audituris, Guillermus Harenc et Hugo Heudeer, salutem. Notum facimus quod nos a domino rege ad firmam perpetuam recepimus in firma Guillelmi et Johannis Espec et Guillelmi de Botemont centum decem et septem acras et sexaginta quinque perticas terre, quatuor acras bosci cum fundo sine tercio et dangerio, quinque acras prati, quoddam molendinum ibidem cum molta sicca, octo libras sex solidos et decem denarios annui census, septuaginta capones, triginta gallinas, et cum caponibus et gallinis octo solidos et duos denarios, novies centum et quinque ova, et cum ovis septem solidos et quinque denarios, duodecim anseres, undecim sestaria et unam minam avene, quinque solidos annui redditus pro decima feodi de Quesneio, et servitia debita ex illa decima sicut alii homines, precarias, homagia, releveia rusticorum, placita et simplicem justiciam eorumdem, pro septuaginta libris turonensium, dicto domino regi et suis heredibus ad festum beati Michaelis solvendis annuatim. Et de dicta firma, ut dictum est, solvenda, ego dictus Hugo quinquaginta solidos annui redditus super totum hereditagium meum situm in parrochia de Glanvilla, in contraplegium obligavimus dicto domino regi et suis heredibus una cum supradictis nobis ad firmam traditis perpetuo remansuros, si nos vel heredes nostri a contractu hujusmodi contingenter resilire. Premissa vero nos predicti Guillelmus tres acras terre, quas teneo de predicto domino rege inter douitum de Vauville et brueriam de Quesneto, et ego dictus Hugo quinquaginta solidos annui redditus super totum hereditagium meum situm in parrochia de Glanvilla, in contraplegium obligavimus dicto domino regi et suis heredibus una cum supradictis nobis ad firmam traditis perpetuo remansuros, si nos vel heredes nostri a contractu hujusmodi contingenter resilire. Premissa vero nos predicti Guillelmus et Hugo, sicut dictum est, recepimus, salvo in aliis jure domini regis, et jure quolibet in omnibus alieno, retentis dicto domino regi et suis heredibus spate placito cum pertinentibus ad placitum spate, forisfacturis, jure patronatus, gardis, homagiis feodorum lorice integrorum vel partitorum et francarum serjanteriarum, si de feodo quod a predicto domino rege recepimus teneantur. Si autem, occasione premissorum vel alicujus de premissis nobis ad firmam traditis, inter nos et homines tenentes de dicto feodo aliquam contingat oriri querelam, voluit dominus rex et concessit nobis quod ad primas assisas vel placita sua sine dilatione et essonio audiatur ac eciam terminetur. Quod ut ratum et

stabile permaneat in futurum, nos predicti Guillelmus et Hugo presentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda.
Actum anno Domini M° CC° octagesimo secundo, mense julio.